

524.

Erzbischof Albrecht IV. von Magdeburg bestätigt kraft des ihm ertheilten päpstlichen Auftrags die durch Erzbischof Ludwig von Mainz vorgenommene Verpfändung der zu den Tafelgütern des Erzstifts Mainz gehörigen Hälfte von Langensalza an die Land- und Markgrafen Friedrich III., Balthasar und Wilhelm I.

Delitzsch, 1394 Mai 14. 5

Hdschr.: Zwei Orr. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 4857^a (A) und 4857^b (B). Das S. (zerbrochen B) an Pergamentstreifen.

Gedr.: Auszug Regesten des Geschlechts Salza 183.

Anm.: Die Urkunde zeigt einen so mangelhaften Satzbau, daß sie theilweise kaum verständlich ist. — Ein von dem kaiserl. Notar Nicolaus Lengefeld clericus Nuemburg. diocesis aufgenommenes Instrument (Or. Perg. ebenda No. 4856), 10 dat. Delitzsch 1394 Mai 13, entspricht inhaltlich durchweg der nachstehenden Urkunde, weicht aber in der Form so erheblich ab, daß von der Wiedergabe der Varianten abgesehen worden ist. Auch diesem Instrument ist die Bulle von 1394 März 19 (No. 519) inserirt und eine Abschrift des Pfandbriefes von 1375 Febr. 22 angefügt.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Albertus dei et apostolice sedis gracia archiepiscopus Magdeburgensis commissarius unicus ad infrascripta a dicta 15 sede specialiter deputatus salutem in domino et fidem indubiam presentibus adhiberi. Novem ritis nos litteras — domini Bonifacii divina providencia pape noni eius vera bulla plumbea in filo canapis more Romane curie bullatas, non abollatas, non cancellatas, non viciatas, sed prorsus omni vicio et suspicione carentes nobis per — dominum Wilhelmum marchionem Missenensem pro se et nomine — domini Balthazar lantgravii Thuringie fratris sui presentatas coram testibus infrascriptis — recepisse, quarum tenor — est talis: Bonifacius 20 — anno quinto^a). Post quarum quidem litterarum apostolicarum presentacionem et recepcionem fuimus per prefatum dominum Wilhelmum marchionem nomine predicti domini Balthazar fratris sui ac sui ipsius cum debita instancia requisiti, ut ad execucionem earundem litterarum apostolicarum et contentarum in eis iuxta earum continenciam et 25 tenorem procedere dignaremur. Nos vero Albertus archiepiscopus et executor sive commissarius predictus volentes ut obediencie filius huiusmodi mandatum apostolicum reverenter exequi sive ad ipsius execucionem procedere, ut tenemur, attenta ipsarum forma et tenore, iuxta quam inquisivimus et informavimus^b) nos diligenter et sollerter, et quia per eandem inquisitionem et informacionem nobis constat et reperimus felicis recordacionis 30 dominum Gregorium papam XI^m bone memorie dominum Lodewicum archiepiscopum Magdeburgensem tunc episcopum Bambergensem a vinculo, quo ecclesie Bambergensi cui tunc preerat tenebatur, de fratrum suorum consilio et apostolice paternitatis plenitudine absolvisse ipsumque de ipsa ecclesia Bambergensi ad ecclesiam Maguntinensem tunc per obitum bone memorie Iohannis archiepiscopi Maguntinensis tunc vacantem transtulisse 35 ipsumque eidem ecclesie Maguntinensi prefecisse in archiepiscopum et pastorem, curam et administracionem sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commississe, prout hec et plura alia in litteris apostolicis dicti domini Gregorii pape eius vera bulla plumbea in

524. a) Es folgt der Wortlaut der Bulle Bonifaz IX. von 1394 März 19 (No. 519). b) informamus B.